Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Deuncem. Secre Sacrificia domine paschalibus gaudiis immolamus; quibus eccla tua mirabiliter ⁊ pascitur ⁊ nutritur. Per. Prefacio. Te quidem domine. Infra actionem. Communicantes. Opl. Ab omni nos q̃s domine uetustate purgatos; sacramenti tui uenerandi percipio in nouam transferat creaturam. Per. Feria. v. Deus qui diuersitatem gentium in confessione tui nominis adunasti; da ut renatis fonte baptismatis una sit fides mentium ⁊ pietas actionum. Per. Sec. Pusape q̃s domine munera populorum tuorum propitius; ut confessione tui nominis ⁊ baptismate renati; sempiternam beatitudinem consequantur. Per. Opl. Exaudi domine preces nras; ut redemptionis nre sacrosca commercia ⁊ uite nobis cõferant presentis auxilium; ⁊ gaudia sempiterna concilient. Per. Feria. vi. Omnipotens sempiterne deus; qui paschale sacramentum in reconciliationis humane federe contulisti; da mentibus nris ut quod professione celebramus, imitemur effectu. Per. Sec. Hostias q̃s domine placatus assume; quas ⁊ p renatorũ expiatione peccati deferimus; ⁊ p acceleratione celestis auxilii. Per. Opl. Respice q̃s domine populum tuum. ut quem eternis dignatus es renouare sacramentis; a temporalibus culpis dignãt absolue. Per.